

nutu pendet, hunc nulla torquent desideria; videns enim, se illorum summam assequi non posse, illa abiicit, sciens facilius esse illa exuere, quam explere; postmodum vero perfecte felix erit quandoquidem asfirmari potest cum Philosopho nescio quo, eum, qui cordis sui aditum inanibus desideris intercludit, hunc, ut ita dicam, in eo statu versari, ut de felicitate cum ipso Deo contentere possit. Idem.

Ille felix est, cui nihil evenit contra voluntatem; ac nihil evenit contra voluntatem illius, qui divino sese subicit imperio; cum enim voluntas ipsius sit cum divina conjuncta, æque fieri non potest, ut aliquid contra ipsius accidat voluntatem, ac fieri nequaquam potest, ut aliquid contra Dei voluntatem eveniat. Hæc autem illa ratio est, propter quam tranquillitas est, qui a Dei numeribus, tela omnia in irritum cedunt, eumque commovere non possunt immota rupis instar, in quam pelagi fluctus confringuntur quidem, sed efficere nequeunt, ut concutiantur, & loco cedat. Os quidem aperit, non autem ut in questus erumpat, sed ut JESU CHRISTI, quem sibi tantquam divinum exemplar proposuit, repetat verba: Non sicut ego volo, sed sicut tu: non mea voluntas, sed tua fiat. Idem.

Sanctorum felicitas in eo posita est, ut Deo ita adhaerent, ut inde minime possint velle divelli; sed iustorum in hoc mundo felicitas in perfecta divinae voluntati submissione consistit; quam quidem amittere possunt, sed nisi velint, non possunt amittere. Felicitas hæc procul dubio pendet a voluntate naturaliter mobili; sed voluntas hæc saltem pendet a nobis, nihilque efficere potest, ut inviti eam mutemus; itaque homo hic divinae voluntati submissus, Deo adhaerens, a reliquis omnibus divylius, infra Deum per submissionem suam, supra omnia terræ bona per generosum eorum contemptum, in Deo nascitur suum gaudium, suas divitias, suam tranquillitatem, cumque vinculis adeo suavibus simul, & fortibus sit cum ipso conjunctus, ut non sit ultra cum eodem nisi unus, idemque spiritus, nihil illi suam eripere potest felicitatem.

Fac, Domine, ut tuum exemplum imitati Patris Coelestis imperio perfecte simus submissi; subijce Domine hos rebelles animos legibus tuis, ut sincere atque fidenter tibi dicere possimus, quod parum attente, ac parum utiliter quotidie dicimus tibi: Fiat voluntas tua. Visne nos in honore versari? fiat. Visne in humilitatis squalore fordescere? fiat. Vis nobis morbos immittere? Vis nos valetudine bona gaudere? fiat; dignitas, humilitas, prosperitas, calamitas, vita, mors nullo nobis erant in discrimine, ubi nos constitueris in submissione perfecta, quæ nobis quidem pignus erit, & ærba æterna felicitatis.

Verus fidelis, qui sequitur JESUM CHRISTUM, id præsertim nosse debet, quod ab se expectat Deus; hoc ille quotidie Deum orat, & cum suis precibus offert, dicit etiam: Fiat voluntas tua. Actiones illius verbis erunt oppositæ, nisi operam diligentissime navet, ut Dei voluntatem sequatur; quomodo vero sincere in id potest incumbere, ut Dei sequatur voluntatem, nisi eam contendant agnoscere? Tam utile est cognitionem hanc comparare, quam verum est, Dei voluntatem subicam esse regulam, juxta quam de rerum omnium bonitate, vel improbitate iudicium ferendum est. Itaque cum facimus, vel sequimur voluntatem Dei, bene semper facimus; ac quantumvis parum ab hac sanctissima regula recedamus, aberramus statim, ac in præceptis prolabimur. *Lambertus in anno Evangelico, homilia in diem festum S. Joannis Evangeliste.*

Sancti Viri, qui norant, quantum interfit Dei voluntatem rebus in omnibus sequi, nihil ardentius optant, quam cognoscere, quid ex ipsis velit Deus. Quinam sunt Davidis ardores, cum sanctus hic Rex impensissimum desiderium suum divinae voluntatis cognoscendæ restatur? Domine, ait ille Deo in actu orationis suæ, *Docce me facere voluntatem tuam.* Hæc verba jugiter repetere debemus, nihilque a Deo petere possumus nobis magis necessarium, quam gratiam voluntatis ipsius intelligendæ. Hæc fuit præclara illa Sancti Pauli oratio, cum Deus miraculum edidit, ut illius cor attingeret, ipsumque ad se pertraheret: *Domine quid me vis facere?* O præstantissimum orationis exemplar, nihil velle, nihil cupere, sese Deo submitte-

re, mandatis illius capeffendis prælo esse, simul ac ea nobis significare dignatus fuerit! *Domine quid me vis facere? Idem.*

Dei Filius Paternis obtemperavit mandatis ex ipso conceptionis suæ tempore incepit, & ad mortem usque profectus est; etenim ex quo anima ipsius creata fuit, & corpori conjuncta usum libertatis habuit, gratia, atque sapientia repleta fuit, & ex eo tempore obedientiam exercuit, ut ille testatur, cum ait: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus voluit, & legem tuam in medio cordis mei.* Pl. 39. Significat autem, præcipium virtutum, quam illi tribuunt Prophetæ, & ob quam illum laudibus celebrant, esse hanc divinae voluntati submissionem; ideoque, addit ille, decrevi, Domine, facere voluntatem tuam; tanto amore sanctam legem tuam profector, ut, ne illius obliviscar unquam, sed eam sedulo observem, illam in corde, immo in medio cordis insculperim. Hoc ipsum magis explicitis verbis alibi dixit: *Qui me misit, necum est, neque me solum reliquit, nihil enim facio, quod ipsi minime placeat.* Cum ergo hæc submissio omnium sacrificationum præstantissimum sit, ut docet in Scripturis Spiritus Sanctus, dici potest, omnes actiones Filii Dei totidem fuisse veluti sacrificia odoris suavissimi, atque acceptissimi Patri ejusdem. *Ex Bellarmini opusculo de septem verbis Sc.*

Nihil magis temerarium est, quam obniti velle supremi Creatoris imperio; quæ temeritas ex omnibus creatis rebus hominis dumtaxat est; ille unus tati restat contra Deum rebellat, & a suis tantummodo voluntatibus pendet. Angeli in Cælo unice vacant divinae voluntati efficiendæ: *Ministri ejus, qui factis voluntatem ejus.* Terræ animantibus nescio quid inest, rationis locum obtinent, eaque in jugi obedientia nutibus Creatoris ipsorum cohercens. Creaturæ, quas omnium maxime sensu carent scimus, eodem prædite videntur, ut suo parenti Creatori. Testis est ignis, qui urentem calorem suum exiit, penitusque oppositas qualitates assumpsit, ne tribus innocentibus pueris in Babylonicam fornacem conjectis officeret: testes mare, ac venti, qui, licet errantes fuscque deque illud perturbassent, atque ab imis sedibus miscuissent; ubi Dei imperantis vocem audire, statim dicto obtemperantes quieverunt. *Qui est hic, quia venit, & mare obediunt ei?* Matth. 8. Quænam igitur hæc est hominis insania, ut contra illius voluntatem obniti velit, cui nihil resistere potest? Quos conatus contra illum exercere potest, seu quo nihil potest conari? Quid efficere potest contra Deum mortalis? Velit, nolit, illi cedat oportet, ac imperiose hujus voluntatis lese auctoritati subijcatur. *Nam Dei possumus resistere voluntati?* Genes. 50. *Elasus de Sermons pro feria secunda post secundam Quadragesimæ Dominicam.*

Sese divinae voluntati nequaquam conformare idem est, ac omnia in se mala pertrahere sine ullo solatio. Vita sexcentis malis repleta est, undequaque nobis imminet mala; inter fyrtes, scopulorumque versamur: extra nos, inter nos, supra nos, infra nos nonnulli malorum occasiones, causalique circumspicimus. Nisi Deum habeamus ducem, quem sequamur, & cui nosmet tradamus, fieri minime potest, quo minus tot malis obruamur. Non vis a Dei nutu pendere; non mereris, ut ipse te regat; & nisi voluntati illius adhaerere velis, mereris, ut ille te tradat his malis omnibus, quæ tibi circumstant; indignumque te præbes gratis omnibus, quas iis elargitur, qui in ipso suam omnem fiduciam constituunt. Nihil præcipit, nihil permittit Deus, nisi ad majorem hominum utilitatem: illius ergo consiliiis reluctans tuæ felicitati resistis, ac te infinitis bonis privas, quæ tibi secreta providentiæ suæ dispositione, quam venerari debebas, destinabat. *Idem.*

Mirum non est, quod creatura mera omnes voluntates suas abdicate teneatur, ut in ipsa Dei solius voluntas dominetur, illa in centro suo quiescit, ubi in hoc statu versetur; propterea quod creatura nihil est amplius, cum a Creatore suo minime pendet. Dici immo potest prodigii loco habendum, videre creaturam quidem accidit, ubi non amat amplius Deum, vel illum non timet amplius, duo hæc enim amoris, timorisque vincula nos Deo connectunt. Hoc, inquam, prodigium est in mera creatura, cum enim essentialiter pendat a Deo in essentia sua, suisque actionibus, manifesta rebel-

lio est deestrate illius voluntati submissionem, ac pro virili supremam illius potestatem eludere. *Saxazin, in Adventu.*

Perfecta charitas, ideoque virtus perfecta in eo consistit, ut rebus in omnibus puram Dei voluntatem adimpleamus, Puram Dei voluntatem appello, nostra enim in ea nullam obtinet partem. Quot autem virtutes hæc una voluntas compleditur! Ibi nostra nitet fides, ubi fatemur nihil in Mundo, præter peccatum, accidere nisi per illum. Ibi conditiam nostram testatur, etenim omnino in Dei sapientiam, providentiam, & bonitatem confidimus. Ibi patientiam, humilitatem, penitentiam exercemus nosmet ipsi flagellis subijcimus tamquam peccatores, & ultro omnia divinae justitiæ supplicia suscipimus. Ibi denique Deo, tamquam Domino obedientiam præstamus. *P. Giroult in Quadreg.*

Celestis, & brevior in terris via ad felicitatem, quæ in terris esse potest perfectissima, assequendam, est fortiori cedere, sub omnipotenti Dei manu nosmet humiliate, contra torrentis vim minime obducari, neque conari ea reformare, quæ Cælium sine ulla opera nostræ direxerit, & quod nobis etiam invitè exequi noverit; sed nosmet rerum omnium cursum accommodare, ac eodem nosmet duci sinere: propterea quod Deus, cuius voluntas justissima sunt, ac iis etiam utiles, qui eandem sequuntur, ita prævidit, & ita decrevit. Ubi hoc fiat, quot doloribus parcimus, quot considerationes effugimus, quæ malum exasperant, quin illi meditantur? Libenter suscipimus, quidquid præcipit Deus, idque libenter suscipiendo lenius, ac mitius efficiamus. *Idem.*

Namquid Deus minus est Dominus tuus, quam tu famulorum eorum, in quos adeo absolutam dominationem habere contendis? Numquid eorum Creator es? Numquid eorum Salvator? Numquid Deus? Habere bona æterna, quibus eos remaneretis? habere æterna supplicia, quibus eos plectas? Deo æque te subijce, ut illos tibi subiectos esse contendis, & satis est. Ubi semel voluntatem suam prodideris, ubi semel locutus fueris, tuumne est obmurmurare, disputare, resistere? Tuumne, o terræ vermis, contra Dominum universorum obniti? *Idem.*

Domine quid vis me facere? nihil excipiebat S. Paulus: quid vis? nos quoque aliquando ut ille dicimus: Domine quid vis me facere? Sed numquam tam late ut Apollonius. Latet semper in cordibus nostris exceptiones quædam; sunt ibi nonnulli recessus, quo si Deus penetrare velit, nosmet eidem subijcere deestramus. Verum satis oportet, Deum integram submissionem expetere, & quemadmodum ipse totum cor nostrum effinxit, ita petere ut totum cor nostrum perfecta conformitate eidem submitatur. Illius quidem imperiis, hæc vel in illa re te submittis; sed cum illas tu elegeris, non sunt ultra secundum divinum imperium, & quamplurimum de ipsorum merito perit. Dei imagine notata esse debet ea pecunia quæ futura est pretium æternitatis. *Idem.*

Quid petit Dei Filius cum suadet, ut Patris sui voluntatem faciamus? Nonne semper hæc necessaria perficitur, & in hominis potestate non est, eidem adversari? Hoc petit, ut ultro, & non ægro illud seramus jugum, quo nulla ratione excutere possumus; vult, nobis immittere vinculorum nostrorum amorem, ut & illa nobis leviora videantur, & ipse locum inveniat submissionem nostram remunerandi. Itaque cum prædicatur de conformitate beneficii Domini nostri, vel cum in nobismetipsis deliberamus, utrum omnino divinae voluntati nosmet tradere debeamus; sciens quanam de re agitur? agitur, fideles, utrum ea in necessitate, in qua sumus, ea aggrediendi, quæ placet Deo, præstet potius necessariam submissionem in meritum nostrum convertere, quam inutili resistentia illum ad iracundiam provocare: utrum præstet cor nostrum esse in lege Dei, ut loquitur Propheta, an sub eadem lege ingemiscere; utrum præstet illi adhaerere tamquam amantissimos famulos, an vinculis cogi tanquam mancipia: verbo utrum præstet facere voluntatem Domini eo modo, quo in Cælo perficitur, quemadmodum quotidie petimus; an eo modo quo in Inferno adimpletur. *P. de la Colombe tom. 4. serm. hujus arg.*

ris; tum eorum quæ moralia vocantur, & non aliud sunt nisi peccata; tum eorum, quæ dicuntur naturalia. Peccatum non aliud est, quam nostra contra divinam voluntatem rebellio: liquet autem nullam ibi esse posse rebellionem, ubi est perfecta submissio. Cætera quæcumque mala pro nobis mala non sunt, nisi quatenus voluntati nostræ opponantur; statim ac enim aliquid volumus, quantumvis in aliorum hominum existimatione sit malum, nobis bonum est: itaque si volueris quidquid vult Deus, certissime ero ab omnibus malis immunis, cum nihil accidere mihi possit in vita, quod sit divinae, ideoque etiam meæ voluntati contrarium. *Idem.*

Felicitas illius, cuius voluntas a Dei pendet voluntate, constans est, immutabilis, æterna; nullus metus illum perturbat, nullus casus eam potest evertere. Illum mihi videre videtur tamquam prælo insidentem scopulo in mari; videt furcantes fluctus illidi, quin terreatur; gaudet immo eos intueri, & enumerare prout sub pedibus suis confringuntur. Turbatum mare sit, vel tranquillum; venti hinc fluctus impellant, vel inde repellant; æque immobilis permanet, quia rei adhaeret quæ solida est, & quati non potest. Hinc proficitur tranquillitas illa, pax & perpetua serenitas oris, ingeniumque semper sibi constans, quod in veris Dei servis deprehendimus. Jure quidem, o anime sancta, sollicitudinem omnem abiecitis; in Dei vestri voluntate omnibus vitæ hujus calamitatibus tutissimum perfugium invenistis; altius super tempestatum regionem ascendistis, ubi nulla detonat procella; vobisque neque homines, neque demones sunt metuendi. Quodcumque fiat, quodcumque accidat, vel nihil vobis obturatur, vel ipsi Deo etiam est obtuturum: *Altissimum posuisti refugium tuum: non accedit ad te malum.* Psalm. 90. *Idem.*

Magnus quidem est in hac vita nihil pati posse; hæc tamen non satis ampla felicitas est; requiritur etiam, ut nihil cupere possis. Hic eorum omnium status est, qui cæce volunt quidquid vult Deus; Cum enim eorum desideria sint eadem, ac desideria Dei, fieri nequit, quin omnis votorum suorum summam assequantur: nihil enim Deus frustra cupit. Ad hæc quantum nobis est submissio voluntati Dei, tantum Deo est indulgentia voluntatibus nostris. Ex quo illi unice obtemperare querimus, videtur ille enixius inquirere, ut nostra adimpleat vota. Preces nostras non exaudit eorum, verum etiam prævertit, immo etiam in corde ea ipsa scrutatur desideria, quapropter amorem illius suffocare adnisi sumus; illa complet, illa cumulat; immo etiam longius excedit. *Idem.*

Me pudet, auditores, videre ethnicum nescio quem, illuminatissimum etiam Christianissimum de voluntate Dei, & submissione mandatis ejusdem præcepta tribuentem. Nullus dubito, quin omnia illa Christianis didicerit, vel ipse etiam Christianus fuerit; id saltem satis est probabile, & plurimi hoc sentiunt. Quomodo cumque sit, audite, quid in hoc argumento nos doceat. Deus ipse cogendus esset, ut ego invitus aliquid efficere possem; donec enim efficit Deus, quod ipsi placuerit, liber non esse non possum, non enim aliud volo, nisi quod ille facit. *Nulla res cogere me magis potest, quam ipsum Deum.* Vult Deus, me ægrotare: ægrotudo mihi jucundior est ipsa valetudine: ut pauper sim; divitem esse nollem; ut mortali omnium ludibrium sim; omnes me spernant, atque contemnant; in hoc meam gloriam versari duco. Opportet ne me isthuc, vel alibi vitam ducere; dies meos in pace, vel negotiorum turba transigere: me in ipso ætatis flore, vel senectute confectum obire, dicere nescio, quid horum ego mellem: sed fatim ac elegerit Deus, mihi que indicaverit, quorsum cor suum inclinet, cor meum statim partem illam amplectitur, ibique suam felicitatem invenit. *Idem.*

Cur mihi tantum boni non est, inveni Philosophus inquit, ut semper Dei mei voluntatibus conformis sim! tanta mihi cupiditas inveni, ut me velle, quod si divinam assequi possem, certe præverterem! Mea maxima voluptas, atque lætitia est semper esse paratum ad ea efficienda, quæ vult Deus. *O utinam hæc scriberem, hæc loquerem, hæc cogitarem mors opprimat.* Quam felix essem, si in perfecta submissione voluntatibus Dei mei facto concederem! Quid vobis videtur, auditores, de

Quid vult Dei Filius cum imperans, ut nostram divinam voluntatem subijcimus.

Epistola in hac rem sententia.

Kkk 2 Phi-

Quomodo i. c. hæc virtutum exercuit.

Per hoc in terra quam cum esse licet, bene sumus.

Quod vult Dei Filius imperans, ut nostram divinam voluntatem subijcimus.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Epistola in hac rem sententia.

Iustorum felicitas, in ipsorum submissione consistit.

Adus submissio, ut nobis voluntatem suam operiat.

A Deo peccatum, ut nobis voluntatem suam operiat.

Felicitas faciens voluntatem Domini.

Philosophi hujus sententia? Nonne jure nonnulli disputant, utrum Christi fidelis fuerit, & salutem sit assecutus? Pater Grisel Quadragesima.

Divinae voluntati conformitas virtus est generalis, & universalis.

Virtus haec omnium maxime generalis est propter officia, maxime universalis propter personas, maxime necessaria propter meritum, maxime utilis propter Dei gloriam. Maxime generalis propter diversis mortalium munera, ceterae enim virtutes quibusdam tantum muneribus adherere videntur. Quibus enim bonus esse Concionator, fervens Missionarius, egregius Dodor, quin iis virtutibus effulgens, quae in Magistratu requiruntur; at nullus est status, nullum munus, nulla conditio, in qua necesse non sit, sese voluntati Dei conformare. Maxime universalis est ratione personarum; nobiles, ignobiles; Principes, subditi; pauperes, divites; omnes divinae voluntati debent esse conformes. Maxime necessaria est propter meritum; haec enim si desit, haberi nequit &c. Desumptum ex Anonymo Auctore.

Haec est, o Domine, maxima mortalium calamitas, quod voluntas tua a voluntate nostra sejuncta est: alioquin, cum nihil accidit, nisi quod vis, & eo modo, quo vis, semper essent contenti. Tribae igitur, Domine, haec nobis conformitatem imperis tuis, quae una nostram efficere potest felicitatem: atque tunc nullo in discrimine habentes bonum, vel malum, divitias, vel paupertatem, bonam, vel malam valitudinem, vitam vel mortem, in omnibus hisce statibus ex corde dicemus: Fiat voluntas tua: si nomen Domini benedictum. Job 1. Quibuscumque premamur cruciatibus, quibuscumque afficiamur doloribus, malum non deprecabimur vero solum, ut magnam nobis conferas in malis nostris patientiam, atque perfectam voluntati tuae submissionem; haec quippe viae sunt, per quas tibi conformes esse possumus. Abbas de Monmorel sermo pro 6. post Pent. Damian.

Fons & omnia corruptionis origo est efficere velle, ut nostra voluntas norma sit prope.

Monet S. Augustinus generale corruptionis morum nostrorum principium hoc esse, quod cum debeamus nos ipsos regere secundum Dei voluntatem, vellemus, Deum voluntatem suam nostrae accommodare; vellemus, rationem eam, quam servamus cordis nostri pravitatem excusaturi, esse divinae legis fundamentum, & normam. Hinc praerogativam nititur inter humanum cor, quod affectuum omnium est sedes, & Dei voluntatem, quae omnis sanctitatis fons est atque principium. Quodnam huic bello remedium inveniri potest? quina placare poterit rebellem hunc erga Dominum suum? quid pacem conciliare poterit inter voluntatem Dei, quae vim propulsi, & hominis voluntatem, quae injusie vim audent inferre? Nihil aliud, auditores, nisi submissionis voluntatis nostrae voluntati Dei; ubi consideretur, Dei voluntatem supremam esse, eamque adimpletur iri, quidquid voluntas nostra in oppositum tendit. Desumptum ex Patre de la Rue sermone de Legis observantia.

Quod malum homines inferre possunt illi, cui non alia voluntas est, quam divina? Possunt hi quidem auferre bona, honores, dignitates, verum haec ille nequaquam reputat veluti propria, neque dicit unquam, haec per vim, & injustitiam eripi sibi; sed dicit potius, haec sibi auferri a manu Dei, qui novit, ipsum fortasse illis abuturum. Addet etiam se jure conqueri non posse quod ab se repetantur ea, quibus nimis diu gavissus est, & quae sua vere non sunt. Potest illius existimatio discerpi, in pravum sensum innocentissima etiam verba converti, optimisque actionibus terribis facies appingi: illi persuasum erit, licet de rebus accusetur, quae factae sunt, se tamen coram Deo reum esse de aliis, quarum nomine non accusatur. Auctor Anonymus.

Vera devotio est se divinae voluntati conformare.

Divinae voluntati submissionis proprie Religionis Christianae spiritus est; ideo JESUS CHRISTUS nihil fecit, nisi secundum Patris voluntatem, nobisque praecipit, ut hanc orationem effunderemus: Fiat voluntas tua. Submissionis divinae voluntati tutissima, atque perfectissima est hominis Christiani devotio. Tutissima quidem; nulli enim obnoxia est illi. In contemplatione non deest dolus, & illusio: in mortificatione etiam invenitur; quae nulla esse potest in perfecta divinae voluntati conformitate. Perfectissima etiam est, nos enim particulari quadam ratione conjungit cum Deo, efficitque, ut per conformitatem nostrae voluntatis cum sua, quodammodo unum, & idem finis cum illo. Essais de sermo pour la Carême tom. 2. sermo pro Dominica 4.

Joseph ad altissimum dignitatis verticem in Aegypto elatus, & per auctoritatem suam fratrum suo-

rum, de quibus jure conqueri poterat, terror effectus, atque protector, nonne illis considerandum proponit, in ea persecutione, qua illum vexaverunt, ipsos divinae tantum voluntatis fuisse ministrum: conditionem, teterimamque perfidiam, quam in ipsum exercuerat divina, providentiae potius, quam illorum invidiae effectum fuisse: se quidem ab illis venundatum, ut in Aegyptum deferretur; sed non eorum consilio, at Dei ita disponentis imperio in terram illam fuisse delatum: non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum. Gen. 45. Tales etiam fuere justorum plurimorum sensus erga se persequentes. Eadem venerabatur flagella, quibus ad eos plerentem Deus utebatur. Primi Fideles manum percutientes deosculabantur. Pater Massillon sermone pro feria 6. Cinerum.

Ex omnibus his, quae ad animam vitam fovendam professe possunt, divinae voluntati conformitas illud unum est, quod aeternum durare possit, ac nullum unquam finem sit habiturum. Humilitas, patientia, mortificatio, ipsa etiam fides, & spes, in beatitudine aeternitate non aderunt, & saepe earum exercitationem mutare, vel interrumpere oportet: virtutes omnes, neque statum omnium, neque omnium temporum sunt: sed facere voluntatem Dei, omnes virtutes compleditur, atque omni tempore, omnibusque conditionum generibus convenit. Nihil ergo melius facere vel possumus, vel debemus, quam imitari Filium Dei, qui dicebat, cibum suum esse Patris sui voluntatem persequere, cujus consilia, & opera semper ob oculos ipsius venerabatur. P. Dozema in moralibus JESU CHRISTI. De Conformitate voluntati divinae.

Rebus in omnibus, five juncunde nobis accidant, five injuncunde, divina tantum voluntas inspicenda est, atque credendum est omnes ex eodem amore protectas: A dextris, & a sinistris, per infantiam, & bonam famam, 2. ad Cor. 6. Cor suum tantae casuali varietati accommodare, & in hac inaequalitate semper aequalem consistere, hoc est recta inclinare semper aequalem consistere, hoc est recta inclinare, quin ad dextram, vel sinistram devertere, quin quaquaversum, quod placere potest, quin evitetur, quin queratur, quod placere potest, quod displicere, hoc est dicere cum David; Psalm. 38. Paratum cor meum Deo, paratum cor meum in utramque fortunam, cum prosperam, tum adversam; quomodocumque me ipsum veritas, & res omnes disponas. Idem.

Afflictio, quatenus afflictio, Deo accepta non est; sed illi tantummodo placet, quia nobis prodest. Cum aliquis perfecte sese divinae tradidit voluntati, nulla ipsi adversitas accidit, quae antea per Dei cor, ubi divinum aliquid haerit, non pertranferit. Hac de causa anima bene disposita antefert amaritudinem, quae sibi a Deo, dulcedinem, quae a Mundo procedit; vel potius quaquaversum res nullo habens in discrimine, libenter recipit, quod quilibet illi immittere vult Deus, & in hoc uno voluptatem nanciscitur. Nobis autem, quorum frequens de malis vestris auditur querela, de vestra caritate, vel ingratitude potius querendum est, nisi illa tantum munera praestantissima, ac summo in pretio habenda existimetis. Idem.

Si quod nobis immittere Deus, merus est bonitatis ejusdem effectus, cur nostrae utilitati adversamur? sin autem ira, cur eandem leant non studemus, nosmet ipsos illius submittemus? Facere hoc pacto, ut iracundia illius in lenitate, & justitia in misericordiam converteretur. Verum quomodocumque dicere possumus: hoc volo; illud nolo: quandoquidem ignoramus, quid nobis utilius futurum sit? Numquid nos fallit, utilissimum esse Divinae voluntati nosmet conformare? Idem.

Certo scias, quo magis parata erit voluntas tua cruci subeunda, eo minus grave humeris tuis hoc onus futurum: contra vero si tua abhorreat voluntas, malis, quae tibi aliunde ingruunt, tuus hic dolor accedet, & nihil magis excruciat te, quam voluntas Divinae opposita. Ad hac, si cum de passionibus ageretur, debuit CHRISTUS JESUS voluntatem suam minime sequi; quomodocumque voluntatis nostrae oppositioni aures praebere debemus? Immo quam potiori jure debemus dicere: Non mea voluntas, sed tua fiat? O Domine. Luc. 22. S. Bernardus aiebat, cur dicit, Mea voluntas non fiat? Si voluntas haec non erat bona, quomodocumque erat tua? sin autem bona, cur illam abnegas? Bona procul dubio erat, sed illam abnegare debuisti, ut melior fieret. Quantum igitur aequus est, nos hoc ipsum & dicere, & facere, cum voluntas nostra tam mala sit, & corrupta? Sed hoc tibi sacrificium facientes,

Virtus haec est omnium temporum, & omnesque virtutes compleditur.

Conformitas facit ut aliorum voluntas cum voluntate persequatur.

Quo magis divinae voluntati conformamur, eo minus passimur.

tes, nonne tibi gratias habere debemus, quod pro victima excipere digneris voluntatem, qua saepe sumus abusi? Quae licet bona esset, nonne tua toto caelo melior est? Praeclarum ergo fructum referemus nostram cum tua voluntate communitas? Idem.

Ne vel muneris vilitatem, vel ejusdem difficultatem causem; haec enim validae rationes esse non possunt, ut a voluntate Dei perficienda excusentur. Quid humile, abjectumque est, si Deus hoc velit? quid amplius, & praerclarum, si Deus hoc minime velit? Voluntas illius nonne abjectissima quavis officia nobiliora efficit, quam praestantissima quaelibet ministeria? quodcumque ille munus imponat, nonne hoc nobis maximo honore esse debet? Quod autem ad rerum pertinere difficultatem, Deus, qui illas praecipit, pollicetur etiam, se nobis vires ad eas perficiendas suppeditaturum. Nobis vero optandum esset, ut gravior, & difficilior imperaret; nobis enim haec propter illius imperium, & voluntatem aggredientibus ille majores vires, validiorem auxilium ad illa exequenda conferre teneretur. Idem.

Dei gloria est, nos perfecte illius voluntati conformari.

Dei solius est absolute, atque independenter suam voluntatem perficere. Si conaris illius imperium effugere, & ab ejusdem tui negaquam pendere; vim inferis ejusdem auctoritati, & coronam illius eripere velle videris: Sed eris corona gloria in manu Domini, ut loquitur Isaias c. 63. si ad unguem praecipis ipsius obtemperaveris. Non alia igitur inquirenda rationes sunt, ut facias & velis, quod ipse vult, praeter voluntatem ipsius. Haec ratio est, contra rationes excedens: Dominus est. Idem.

Semper mihi satisfacere nequeo agens secundum voluntatem meam; hoc vero semper accidit, ubi mea voluntas fit divinae concursus. Motorum meorum objecta non semper pendunt a me; at semper est postquam dominus motorum meorum ultra me divinae voluntati submittere. Si vis igitur esse felix, voluntatem tuam ad ea tantum coarctata, quae ab eadem pendunt; at scias nihil ab eadem magis pendere, quam sese divinae voluntati submittere. Haec praestantissima ratio est, voluntatem tuam semper facienda, eam nunquam faciendam. Semper cum aliqua voluntate id facimus, quod volumus, praefertim vero cum alii voluntati nostrae submituntur; at quoniam voluntas esse debet, ubi efficiamus, ut voluntas Dei fiat nostra? beati in hoc majorem, quam in eodem Paradiso voluptatem invenimus. Ita anima voluntati divinae perfecte conformis in hac ipsa vita ea fruatur felicitate, quae a Coelesti beatitudine non procul distat; & secum fert hanc eandem beatitudinem, quam nullum unquam negotium infringere valet. Verum enim vero licet in hoc non deesse molestia; quid nostra refert, utrum quod accidit placeat nobis, dummodo placeat Deo? Idem.

Deus vult, & persequitur quod vult.

Non est malum in Civitate, Propheta ait, quod non faciat Dominus. Unicum malum, quod ille nolit, peccatum est: hoc permittit solum; sed ea vult, quae inde consequuntur. Damnat ille invidiam fratrum Joseph; sed vult effectum illius, nempe Josephi servitutem. Judaeorum forem horret; sed jubet, ac praecipit mortem Filii sui, quae illum consequitur. Illatum tibi injuriam persequetur; sed vult eam iacturam, eamque tribulationem, quam tibi parit. Quomodocumque conqueri non possumus de malis hujusmodi, cum illa in seipsis spectentur? at quomodocumque de illis possumus conqueri, cum in Dei voluntate conspiciantur? Haec vult Deus: Quot rationes haec continet vox apud eos, qui fidem habent, qui Deum norunt, & diligunt? Aliquidne fidelis hoc dicere audeat: Deus hoc vult; ego autem nolo? Pater Neppere tom. 1. Christianarum Considerationum.

Perfectio nostra in hoc posita est, ut Dei voluntatem faciamus, eique nosmet subiciamus. Voluntas Dei sanctissima est, & omnis sanctitatis norma: Nos igitur Sancti sumus prout magis normae huic conformamur. JESUS CHRISTUS nostrum exemplar est, & nos ideo Sancti sumus, quia eidem similes sumus; ac tantum eidem similes sumus, quantum divinae voluntati conformes. Ita ille proficitur, se in hunc mundum venisse, ut non suam, licet justissimam, sed Patris sui faceret voluntatem. Denique perfectio, & sanctitas nostra in charitate consistunt; charitas est legis plenitudo, S. Paulus inquit; charitas vero perfecta in hoc posita est, ut plenus Dei voluntas periciatur. Qui habet mandata mea, & servat ea; ipse JESUS CHRISTUS inquit, ille est qui diligit me. Jo. 14. Nonnumquam estis solliciti, amiguitis enim, utrum

Deum vere diligatis, quae quidem justissima est sollicitudinis causa: verumtamen si semper estis parati, ut voluntatem illius perficiatis, atque eidem vosmet submittat, certi estis, ipsum diligi a vobis. Idem tom. 3.

Divinae voluntati conformitas hominem beatum efficit ipsa Dei ejusdem beatitudine. Quid enim Deum infinite beatum constituit? hoc sane, quod facit quidquid vult, & nihil vult, nisi quod bonum est, & in seipso invenit omne bonum, quod vult. Homo vero voluntati divinae perfecte conformis, haec omnia obinet bona. Facit quidquid vult, quia non vult, nisi quod vult Deus; & quoniam Dei voluntas semper quomodocumque adimpletur, ita & illius voluntas semper adimpletur. Non vult, nisi quod bonum est; qui enim non vult, nisi quod vult Deus, velle non potest, nisi quod bonum, & optimum est. Denique in seipso invenit omne bonum; sua enim divinae voluntati conformitas, cum arte illum conjungat cum Deo, efficit, ut Deum ipsum possideat; quod autem bonum unquam deesse potest, Deum possidentem? Idem.

Hoc nobis persuasum esse debet, nihil a Deo, qui bonus est adeo, nobis evenire posse, nisi quod optimum sit. Si quandoque nos pledit, & idus illius graves nobis videntur: tandem cor ipsius percutientem manum regit, & cor eius semper est cor Patris, hoc est cor lenitate, & benevolentia referunt. Itaque non solum flagellis illius nosmet subicere, sed etiam amare debemus: neque solum debemus percutientem admoveere manum, verum etiam illam deosculari. Ad hunc perfectionis gradum hortatur S. Jacobus Fideles, cum ait: Omne gaudium existimate Fratres mei, cum in tentationibus variis incidistis. Idem in libro de Spiritu Consolationis.

Esto, si divinae voluntati resistentes in morbis, aliove hujus vitae casibus eorum cursum, ac vim inhibere possemus? Verumtamen velitis, nolitis aequae semper Dei voluntas adimplebitur: hac immota rupes est, quam ad vos pertrahere minime potestis, quantumcumque aditami. Non petit ex vobis consensum vestrum Deus, ut malum producat, vel frangat: hoc non statuit in voluntate vestra: consensum vestrum ideo petit ex vobis, ut tribulationes vestras utiles faciat consilio gloriae suae, & vestrae salutis. Quamobrem impatientia vestra, ac renitentia non aliud efficiunt, nisi quod vobis auferant meritum, aliaque vestrarum tribulationum bona, ac vos ipsos coram Deo nocentes efficiunt.

S. Bernardus ait, in Inferno non flammis, sed jugem, violentamque oppositionem, quae inter Dei, & damnatorum voluntates invenitur, horum supplicium esse, atque infernum. Jubet Deus illos pati: illi vero pati detestantur. Dei voluntas expletur, & eorum voluntas contra Dei voluntatem rebellat. Hoc unice Infernum constituit, hoc tormentum omnium saevissimum est, videlicet volo ultoris Dei, & nolo creaturæ inflexibilibus, & impotentibus. Aufer damna propria hanc voluntati justissimam de illorum sceleribus ultionem deposcentis, jam nullus erit amplius damnatorum Infernus, desinent esse infelices, erunt inter flammam contenti. Idem.

Dei Filius pridem quam pateretur in eo mortis horrore, quo, quatenus homo, turbatus erat, exclamavit quidem: Pater mi; si possibile est, transeat a me Calix iste; sed vult, etiam a vobis exemplum suum secutus addi; verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua. Vos autem contra nihil omnino ferre velletis! Contra providentiae consilia obmurmuratis! In Coelum, terramque irascimini! Nonne manifesta haec est vestrae voluntatis oppositio voluntati divinae? nonne hoc est id nolle, quod ipse vult, & quantum in vobis est, ea abicere, quae ab ejusdem manu procedunt? Attente perpendite maximam Incarnati Verbi submissionem, tum cum turbatus erat, atque omnes affectus, seditione facta, tumultu ciere non desinebant, eidem gravissimos exhibendo cruciatibus, quos erat subiturus; namque inter hanc aetuosissimam turbam, oratio, quam Patri effudit, huc tandem redit, ut videlicet propria voluntas sua minime adimpleatur. Idem.

Qui religiose vitam instituit, non magis hilari animo ea bona recipere debet, quae obinet a Deo, quam ipsa mala, quae sibi ab eodem immituntur: eadem enim auctoritas, sapientia, providentia, misericordia eadem eventibus omnibus praefidet; seu

Ista conformitas felicitatem nostram facit.

Nequequam Divinae voluntati.

Voluntas nostra divina conformata est juxta salutis exemplum.

trifles illi sint, seu laici. Qui cum voluptate in prosperis Deo gratias agit; rubore suffunderetur ob ingrati animi vitium, quod sibi benefactoris sui obligationem immitteret. Nonne ob eandem rationem in adversis obedientiam testari tenetur? Sin autem conqueritur, nonne seipsum rebellis nomine conqueritur Dominum suum debet arguere, quandoquidem illi persuasum est; hunc poenarum æque, ac gratiarum esse distributorem? Licetne illi ex propria voluntatis placito hæc potius, quam illi sibi eligere, ac supremæ manus, quam veneratur, flagella, vel munera moderari; vel conari, ut quod timet, in alios decedat, qui æque ac ipse ab eadem divina voluntate dependent? Sûdita, & religiosa virtus non patitur immutari sententiam, ubi fortuna mutetur. *Liber, cui titulus: Remarques sur divers sujets de Religion, & de Morale.*

Debetis
semper
Dei vo-
luntatem
facere, &
possidere.

Non possimus Dei voluntatem explere æque perfecte, ac Angeli, qui cum sint in Cælo, omnia Dei consilia in Deo ipso cognoscunt, atque ita illi sunt omnino conformes, & rebus in omnibus subiecti. Ope tamen gratiæ Dei possimus voluntatem eandem extra ipsum Deum pluribus rationibus cognoscere, quæ sunt tamquam sensibilia eiusdem indicia; eamque semper cogitationibus, verbis & actionibus efficere possimus, si eidem fideles sumus. Omnes enim cogitationes, quæ in mentem subeunt, omnia desideria, & consilia, quæ sese nobis offerunt, actiones omnes, quas facere volumus, cum sint vel bonæ, & divinæ legi conformes; vel malæ, & huic legi contrariæ; vel neutre; si, ubi eas perpendimus, malas esse invenimus, illas abiectionem tamquam a Deo prohibitas; si bonas & secundum Dei legem, illas faciemus cum intentione placendi Deo, atque adimplendi voluntatem eius in illis: sin autem neutre videntur, nos illas bonas, & salutis nostræ utiles efficiemus eas propter amorem Dei, & aliqua bona intentione facientes. *Bartholomæus Carranza in tractatu de oratione Dominicali.*

Cum pax, & consensus qui inter Angelos, & Beatos in Cælo invenitur, ex eorum submissione divinæ voluntati nascatur; contraria ratione, & vere dicere possimus, si in hæc lacrymarum valle tor occurrant ærumna, calamitates, labores, bella, tumultus, & discordia inter homines, hoc inde profectum, quod quique Dei voluntatem relinquit, ut propriam sequatur, hæc enim propria voluntas, ut sanctus Augustinus de *lib. arb. cap. 3. & 4.* docet, non aliud est, quam ille proprius amor, & illa cupiditas, quam S. Paulus maiorem omnium radicem appellat. Namque scelera omnia, quæ in mundo patrantur, proficuntur ex infelici hoc fonte, ex hoc funesto germine peccati Adæ, quod omnia vitia, omnemque mortalium improbitatem producit. *Idem.*

Religiosi
obediunt
regalibus
hæc enim
certi sunt,
se semper
Dei volun-
tatem fa-
cere.

Dei voluntatem ita aperte, & liquido cognoscere, ut de illa ambigere nequeat, hoc opus, hic labor est. In perischa conditionibus plurima adfunt incerta, quæ lex divina non moderatur, & quæ dubitationum causas, ac sæpe etiam sollicitudinem viris bonis producunt; sed in Religiosorum vita, ubi munera omnia rite instituta sunt, ita ut vix respirandi tempus permittatur, omnia, & pro exercitandis temporibus nota sunt. Libertas nullam ferme re potest abuti obedientia omnia sibi reservans ea sanctificavit. Levitas, & inconstantia nulla sunt; sufficit lumen sequi, quod præcedit, ut tuto incedatur; nulla deliberandi cura est, agendi tantum impere studium, & qui fidelis est, imitari potest perennem JESU CHRISTI obedientiam, cuius vitæ initium, atque exitus semper fuerit cum conformitate paternæ voluntati conjuncta. *Liber, cui titulus: Tractatus de oratione.*

Divinæ voluntati conformitas efficit, ut iustus afflictus, exagitatus, & si mavis etiam oppressus constanti tranquillitate fruatur, possidet in patientia, & in pace, quæ, ut Apollolus inquit, omnem humanum sensum exsuperat, animam suam, & ex propriis malis suum hauriat solacium. Quoriam libi hæc? Quia in mundo respicit supremam voluntatem, cui seipsum gaudet conformare: *Dominus dicit, Dominus absulit; sit nomen Domini benedictum.* Job. 1. Impius vero e contra eodæ percussus, quo prosteritur, reprobi, ut ita dicam, personam gerit, blasphemiam evomens in Cælo: omnia sibi infesta nactus in terra, amicos inimulans, furens adversus inimicos, sese tradit desperationi. *P. Bourdaloue Sermone de Providentia.*

Conformi-

Divinæ voluntati conformitas fuit quodammodo

virtus præ cæteris Redemptori gratissima, hanc enim ipse in toto vite sue curriculo exercuit, quin in momento quidem ab illa recederet: *In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deum voluntatem tuam.* Ad Hebr. 10. Hæc efficit, ut de sinu Patris egredere venturus in terram: hæc illum iustitiam detinuit, donec Deo placuit; hæc denique in novissimis etiam vite sue momentis ad unguem exercuit. Ut divinam voluntatem expleret, tandem in silentio desinit: ad illius nutum in mundum prodit, ac populis prædicavit: ut illi sese conformaret, laboravit, itinera ingressus est, jejunavit, oravit, miracula operatus est, cætera absolvit munera missionis suæ, quam a Patre receperat; denique ut se eidem perfecte submissum ostenderet, persecutiones, iniustitias, contemptus, sævisimisque cruciatibus perpassus est, & postremo sui erga Patrem obedientiæ coronidem posuit sum effundens sanguinem; & in Cruce spiritum tradens: *factus obedientis usque ad mortem, mortem autem Crucis.* Ad Philipp. 2. *Ex manuscripto sermone.*

Mundi Salvator in agone illo, quem in Olivæ horto perpassus est, ubi creata quilibet illum deseruisse videbantur, hoc unum petiit a Patre: *Non mea voluntas sit.* Luc. 2. Et profecto ea in occasione hæc voluntas submissio maxime requirebatur, cum natura refugeret amarum passionis cruciatum exhaure. Tunc ille voluntatis suæ oblitus holoquantum, ut *Æterni Patris tantummodo voluntatem perceret.* O præstantissimum sacrificium, gentes pretiosus, & gloriosus Deus, quam corporis, & vite suæ sacrificium! Non desunt nobis occasiones imitandi tantæ virtutis perfectionem in sexcentis inopinatis casibus, qui sanctarum animarum constantiam concutere possunt. Nobis cum Salvatore Jo. 18. dicendum est: *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam illum?* Deus hæc permittit. Publicæ calamitates molestias afferunt: Conspicimus neorum, amicorumque mala nos torquent: nos casus ille perturbat? nobismetipsis cum vero confusione, & verecundia sensu dicamus: *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam illum?* Deus hæc permittit iacturam, afflictiorem: æquo animo ferenda est. *Pater de la Colombiere in Meditationibus de Passione.*

Divinæ
voluntati
submissio
est
tribulatio
tionibus.

Necesse est conquiri, & in mormurationem erumpere, ubi confiter, nos pati eo quod Deus ita iubet. Tenetur Creatura Creatoris sui obsequi imperio: nimis felix procul dubio, si eidem obsequiarum vitæ, bonorumque iactura: obligationi inevitabilis, & quam nemo non sentit. Atiamen cor vestrum excaccatur adhiuit, ut supremæ huius voluntatis inquit vobis eripiat, humanæ tantum voluntati obsecutur. De vobis alium est, calamitas vestra certa est, familia vestra extinda: quin recogitatis consilia omnipotentis Dei, proximam accusatis, qui honorum vestrorum avidus diem vobis dixit; ambiciosior hominum turbam infimalis, qui favori vestro, vestraque auctoritati invidentes falsa, factaque narrantes, atque in lequiorum sensum dicta, factaque vestra detorquentes effecerunt, ut ille Princeps, cuius necessarii eratis, vos ægre patiatur, & causam inquirat, ut vos procul dimoveat &c. *Ex serm. manijor. P. Stephani Chamillard.*

Me me trado in manus tuas Domine:olve, revolve limum hunc, eam, quam mavis, illi formam tribus, mox illum contere, tuis est; opponi non debet: satis est, ut tuis consiliis interserviat, & nihil obstat tuo beneplacito, pro quo factus sum. Pete, iube, prohibe; quid me vis facere? quid item vis me non facere? Attolle, deice, consolare: tuis vacabo præceptis, rei cuiusque inutilis, te semper æque venerabor, nihilque mihi resist nisi ut cum sanctissima matre tua in omnibus dicam: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* *Auctor Anonymus.*

Cor mundum, atque recta intentio certius dignoscitur non potest, quam ex obedientia divinæ voluntati, & fidelis mandatorum Dei observantia. Divinam voluntatem sors est moralis reatitudinis cogitationum nostrarum, desideriorum, actionum; ipsa unica est norma innocentie cordis nostri, & iustitiæ operum nostrorum: ipsa ubicunque est, boni naturam constituit; ipsa virtute versatur est, quem, ut ita dicam, in omnes mortalium actiones inexit. De cordis nostri dispositione iudicium ferendum est ex ea submissione, quæ pendet ab illa æterna lege, quæ iudicium omnibus præstet, & quæ una de vera integritate adjudicat. Vis nosse, utrum consilia nostra pura sint, & rectæ intentiones nostræ? vide

utrum

utrum in illis Dei voluntas adfit, utrum Spiritu ejuodem animetur, & icias, virtutem hanc ad altissimam perfectionis apicem evasuram, ubi dicere poteris cum S. Paulo; *Domine, quid me vis facere,* vel quid vis facere de me? *Desumptum ex Collectione Oratorum Academia Gallicæ obitavum anno 1667. sermone 3.*

Omnibus in rebus, quæ faciendi suscipimus, Dei voluntatem explorare debemus, eoque inconsculta nihil adniti; illa enim supra reatitudo est, nihilque rectum fieri potest, ubi illius motus non sequeris, & ejuodem consiliis non gubernaris. E contra vero cum prudentiam sequimur divinæ oppositam, quemadmodum divina falli non potest, ita opus est, ut nostra in errorem impingat: & quemadmodum ex duabus rebus, quæ invicem colliduntur, opus est, ut imbecillior cedat istui fortioris, ita cum humana voluntas sit divinæ opposita, opus omnino est, ut istui cedat, ac tandem frangatur impetu supremæ potentiss, cui ipsa adversatur. *De la Volpière, sermone de malo regimine.*

Quando-
nam pater-
Dei vo-
luntati
subiecti
sumus.

Cum Deo æque libenter intersivo in iis, quæ mihi molesta sunt, atque in iis, quæ mihi accidunt perijucunda; & cum Dei voluntas semper mihi accepta est, vel morbos, bonorumque iacturam, vel bonam valetudinem, opumque iacturam; cum Fidelis is habet cor paratum, ut David; *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum;* Cor meum tibi præsto est, cum ea iactis, quæ mihi placent, sed æque præsto, cum illa accidunt, quæ mihi displicent. At ubinam gentium Fidelem invenimus, qui in Dei mandatis neque severitatem, neque lenitatem consideret, sed hæc esse tantum mandata Dei reputans hæc ratione libenti animo sese subijciat? *Desumpt, ex serm. quodam Formenteries.*

Hoc principium est omnibus probatum, validissime argumentis confirmatum, opus esse, ut, quod rectum est, regat id quod distortum est; & quod in seipso est immutabile, & nulli vitio obnoxium, id corrigat, quod mobile, & nutans. At Dei voluntas recta est, immutabilis, & essentialiter sancta, nostra vero inconstans, & nequam: opus est igitur, ut rebus in omnibus voluntas nostra subijciatur legibus Domini, & omnino mandata illius exequatur: quod ipsum ratio, & natura nos docet. Verum enimvero in advertitibus vitæ vestræ ad Deumne confugitis? Ab ipsone solatium vestrum expectatis? nunquid mandatis illius unice paratis? immo e contra quot querelæ, quot sollicitudines, quot murmura? Quantum obtulit calicem hunc intui? Quantum Dei mandatis adversatis estis? Quantum adorabilibus voluntatibus eius estis reluctati? Volebatis tunc, quod ille vult? an potius velletis, ipsum velle, quod vos ipsi cupitis, injuste illius licis victoriam, persecutoris illius oppressionem, proximi interitum, Filii purificationem? *Idem.*

Antequam
Dei volun-
tati
subiecti
sumus, nul-
lum vobis
re debet
mus religio-
sorum.

In incipiti versari debemus, ac in neutram inclinare partem, donec Dei voluntas nobis fuerit explorata: at statim ac illa, quæ supra est regula nostra, fuerit nobis comperita, quin aliquid ultra ponderemus, statim eam sequi debemus. Ante id tempus cuncta nobis nullo esse debent in discrimine; bona valetudo, & mala; copia, & inopia, tenetia, & dignitas: non enim audendum est ut nobis, sed ut Deo satisfaciamus; neque considerandum, quod in nostram utilitatem, ac honorem futurum est, sed quod est Deo iucundius, & gloriosius futurum. Ut verbo me expediam, nosmet ipsius obedientiam debemus tradere, nosmet ejuodem spiritu regere, & eo, quem nobis imprimis, motu moveri. *De la Volpière in quodam serm.*

Cum puer Samuel nunciavit Heli summo Pontifici terribiles minas, quas illi intendebat Deus, non dixit Heli, hunc esse tenebrarum Angelum, qui fallere conaretur, sed agnovit statim Deum esse sibi ministrantem, ac per os pueri illius sibi loquentem: *Dominus est; quod bonum est in oculis suis faciat.* 1. Reg. 3. O anima christiana, quam egregium exemplum! Sexcenta hinc inde tibi ingruent calamitates: non ideo huic, vel illi irascaris: ne accuses inimicum tuum, nec improbitatem invidentis felicitati tuæ: ne successas nequitie sortis tuæ, vel iniustitiam virorum potentium: sed potentem Dei matum agnosce, & dic cum Heli: *Dominus est; quod bonum est in oculis suis faciat.* *Desumptum ex libro, cui titulus: Exercice du Christian Inscrivicur.*

Inter omnia creata nihil est, quod magis divinæ voluntati adherere debeat, quam humana voluntas: & nihilominus hæc una ab eadem procul recedit. Videte a summo Cælorum usque ad imum abyssi, utrum via sit creatura, quæ ad unguem adorabilis huius voluntatis imperia non exequatur, quin vel uno tantum momento unquam ab illis recedat. Nonne cæli, & sydera ad hæc usque diem eundem servant in suis motibus ordinem, quem in ipsa creatione divina voluntas illis indixit? Terra, & omnia elementa, animantia, & arbores, verbo, entia quælibet nonne ubique, & semper adorabilis huius voluntatis imperia facessunt? Illa immo tanta solertia, ac zelo facessunt, ut in nihilum redigi mallent, quam dido illius non parere. Verumne igitur est, humana voluntas, te, quæ præ cæteris quibuscumque creatis rebus divinæ voluntati tenet conformare debes, te inquam adeo ingrati esse, ut illam asperneris, te unam adeo insolentem, ut contra eamdem obniti velis, te unam adeo nefariam, ut jogi inobedientia ac rebellionem eidem adverseris, te denique adeo improbam, ut injuriam illi rependas, a quo indefinenter gratis, & benedictionibus cumularis? *Idem.*

Quemadmodum Dei Filius venit in terras tamquam mortalium magister, æque ac Salvatore, aliorum magistrorum methodum servasse videtur, qui ut facilis discipulorum suorum menti sua imprimant præcepta, a generalibus quibusdam rudimentis incipiunt, quæ sunt prima veluti elementa ad reliquarum rerum captum faciliorem viam aperientia. Hoc autem consilio, cum illius doctrina hunc sibi propositum finem habeat, ut nos Sanctos, perfectoque efficiat, virtutem hanc tamquam primum fundamentum conspuit, & veluti primam dispositionem exposcit, ut præsto simus voluntati Patris sui exequenda perfecta mandatis ejuodem submissione, sine qua nullus in hac scientia fieri progressus potest: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrina utrum ex Deo sit.* Jo. 7. Verum enimvero hæc in re ab aliis Præceptoribus differre videtur, qui ex facilioribus, & perfectioribus initium ducunt, ut pedetentim discipulos suos ad scientiam manducant, ac tandem illius perfectos efficiant. Divinus iste Magister e contra incipit statim ab iis quæ sublimiora, & perfectiora sunt, atque, ut ita dicam, ab ipso sanctitatis, & perfectionis cumulo, qui est perfecta voluntatis cum divina conformitas, inde enim & ipse incipere voluit nobis prabiturus exemplam, cum in mundum minime venerit, neque inde fuerit egressus, nisi juxta Dei Patris imperium, & cum cæteris virtutes per intervalla dumtaxat exercuerit, prout sese ferebat occasio, hæc autem iugiter, & indefinenter: *Quæ placita sunt ei, facio semper;* Jo. 8. Hanc cibum suum appellavit, inmensam illam vitæ spiritus nihil minus esse necessariam, quam sit vitæ corporis esca: *Cibus meus est, ut faciam voluntatem Patris mei.* Joan. 4. Hanc tanto habuit in pretio, ut aliquando, Discipulos suos digito offendens, affirmaverit, eos, qui Patris sui voluntatem fecissent, sibi fratris, & sororis matrisque loco futuros: *Qui fecerit voluntatem Patris mei, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Matt. 23. ac tandem pro illis tantum cælo apertum esse docuerit. Hinc autem inferendum est, hoc esse totius doctrine divini huius Præceptoris compendium, hæc una sectio sapientiam omnem contineri; in hac una virtute reliquis omnes includi, & solidissimam sanctitatem in facilitate, & familiarissima vitæ nostræ actione comprehendendi. *Auctor sermonum in omnia Christiane Discipline argumenta, sermone audito.*

Quandonam tibi obtemperabis, Domine, sine desideris contradictione? quandonam dicam tibi quacumque in occasione cum sinceritate, facti voluntas tua, non mea? quandonam me illam secutum fuisse ponit, & quando gavissus sum, quod meæ adhaeserim voluntati? Divinæ voluntatis consilio factum est, ut omnes Sancti suimetiporum curam deferentes, eamque unam tibi obtemperandi reservantes ad eam, quam possident, & in æternum possessuri sunt, felicitatem pervenirent: ego vero terra huius vermis meipsum regere volo? Cælo, elementa, universæque omnia ordinem, motumque suorum regulam servant propter impressionem, quam a tua voluntate recipiunt: ego vero cinis, & pulvis aliquid me posse credam procul a te? *De Passione Domini Tom. 2.*

Pal-

Pulcherrimum perfectæ submissionis exemplum nobis suppedit in S. Job. Nunciatur illi ablata pecora, quæ opes ejusdem erant; everfa domus, & earum ruina filii sepulti; ipse vero sedens in sterquilino ulceribus, veritibusque derofus quid agit in ftatu adeo deplorabili? tamquam ferreus effet, vel æneus, tranquillis permanet, & manum adeo gravia fibi vulnera infligentem adorat. Ad hæc uxore, & amicis illum excitare audentibus, ut de divina conqueratur providentia ipse in illos infurgit, eos improbat, atque confundit. Desumptum ex manuscripto.

Dei voluntatem facimus nosse, ut nosse cupimus.

Ad Dei voluntatem efficiendam non aliud requiritur, quam status sui munera perfecte adimplere; quandoquidem ipse etiam JESUS CHRISTUS censuit, nihil seipso dignius tringna annorum spatio facere potuisse, quam perfecte iis officiis deservire, quæ statui humili, abjectoque, quem sibi elegerat, maxime convenirent. Aliis quæcumque via nos fultit. Nimis facere velle, nisi id fiat, quod fieri debet, illusio est; & semper fit, quod debet fieri, cum id fit, quod jubet Deus. At minima etiam status nostri munera adimplentes certi sumus, nos ea facere, quæ placent Deo. Ita qui in mundo vivunt, quin extra conditionis suæ limites egrediantur in iis, quæ quotidie facere tenentur, id inveniunt, quod faciendum est ad acquirendam sanctitatem. Excusabilese erunt coram Deo, si hoc minime fecerint illi, qui pro mundo multo plura efficiunt, quam quæ pro Deo facere tenentur, ut salutem assequantur. Auct. Anonymus.

Quotumquique cum S. Job ait: Si bona suscipimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? Miram argumentandi rationem, quam plerique Fideiolum ignorant! Quælo enim, unquamne Lectorem lectissimum, hoc pacto estis argumentati? Eodemne sensu erga Deum in adversis, atque in prosperis servare consuevistis? Quæ prospere eveniunt nos gaudio afficiunt, quæ secus, moerore. Fortasse Deo gratias egistis bonis cumulati; sed fortasse ubi levum aliquid accidit, estis conquesti: sed anima divina voluntati submissa in utraque fortuna semper est eadem. Cum enim spiritum habeat Dei magnitudine, & majestatem occuparam, videt a nonne generatim adorandum esse, quicquid ille jubet, cumque sibi persuasum sit de supremæ illius æquitate, scit quicquid ab illo imperatur, semper iustum esse; atque turpe futurum si de eo, quod iuste præcipitur, conquereretur; & quin bona, & mala in seipsis consideret, Dei tantum eadem immittentis manum respicit, qui in eorumdem distributione semper est sapiens æque, & misericors. Sermo manuscriptus.

Omnes sancti Dei, cum voluntatem nostram adeo plene, atque integre abnegamus, ut divina voluntas occupet locum voluntatis illius, quam nos ipsi relinquimus; ipsaque in nobis efficit omnia, omniaque operatur; cumque illi adeo perfecta deferatur obedientia, ut nihil inveniri possit, quod illi resistat. Non solum imperia, sed minimi etiam nutus illius adimplentur, ita ut voluntas nostras propriis sit motibus intermorta, nullamque actionem habeat, nisi ut sese submittat, & pareat. Quænammodum vero hæc voluntas sancta hac dispositione Deo præstat, quod illi debet, verum est dicere, Fidelem in hoc statu talem esse, quem Deus vult, & omnino ad Deum pertinere. Abbas Trappensis Collatione pro die Assumptionis.

Nihil utilius, nihilque gloriosius ex laboribus muneribusque nostris expectare, vel cupere possumus, quam placere Deo; quin illud nobis negotium facessat, vel quomodo, vel in quo placeamus; si juberemur omnes vite nostræ dies in iis exerceri, quæ in terris maxime sunt molesta, atque contemptibilia, atque nosmet iis omnibus fraudare, quæ suavissima & jucundissima possunt accidere; si Deus ita vellet, nonne nobis honorisset, & gloriæ voluntatem illius adimplere? Sin autem præciperet, ut in obscuræ vite latebris per integram æternitatem jaceremus, non aliam mercedem, nisi eidem placendi affecturam; nonne nimis felices estemus, & nimia hæc esset merces laborum nostrorum? Domine, quid me vis facere. Act. 9. exclamavit Apostolus, statim ac illum tetigit Deus. Verbum breve quidem, sed efficax, & dignum Apostolo, qui se totum esse cepit Domini sui! Verum quotumquique hodie invenitur, qui ad eum perfectionis gradum pervenerit, ad quem Sanctus

lectissimus est nos re detestari, cum ad ro illius efficiendum parati sumus.

ille in ipso suæ conversionis momento? Non desunt multo plures, qui Evangelicum cæcum imitantur, & qui interrogandi sunt, ut olim olim a Salvatore: quid tibi vis faciam? Luc. 18. quia advertatur, non esse Dei, voluntatem nostram perficere, sed nostrum esse explorare voluntatem Dei, ut illam adimpleamus.

Nos pudeat videntes mare, & ventos, atque entia magis rebella, magisque sensu carentia, promptius parere dicto Dei, quam nos ejusdem legi, & voluntati obtemperemus. Illi Entia quilibet paruerunt; dicam aliqui amplius, in ipso etiam nihilo obedientiam invenit Deus; nos vero nihilum rebelle semper illi resistimus, nunquam illi obtemperamus. Videmus, S. Hieronymus inquit, creata quilibet agnoscere Creatorem; hic mari imperat, & imitatur, mare autem sentit imperantem, non per errorem Hæreticorum quæcumque animata esse credentium, sed per majestatem Domini, eoram quo sensibilia sunt, quæcumque sensu carent pro nobis. O nos miserissimi! Cum Deo audientium est, nimis pro rebus creatis sensibiles, pro Creatore insensibiles sumus. Nonne quilibet ipse jure nobis illud exprobrare potest, quod olim populo suo per Isaiam Prophetam: vocavit, & non erat, qui audiret; locutus sum, & non audisti? Eisdem inobedientia, ac rebelliois motus metumus, ne nobis illa accidant mala, quæ eidem populo imminatur. Abbas de Monmorel homilia in 4. Dominica post Epiphaniam.

Valida profecto ratio est ad persuadendum, ut divina pareamus voluntati, scire, divinam hanc voluntatem id semper velle, quod nobis optimum, & utilissimum est. Cum de hac veritate certi sumus, heu, Domine, de nobis fac quæcumque tibi placuerit; quid nobis opus sit, tu melius nosti, quam nos; voluntas tua bona est, nostra mala; tua immutabilis, nostra nutans; tua infinite sapiens, nostra illusionibus, erroribusque referta. Numquid melius facere possumus, quam nosmet tibi regendos tradere? Joly propositio pro 6. post Pentecosten Dominica.

Ad Deum spectamus, o Fideles, ob eos omnes titulos, qui legitimam dominationem statere possunt; Deus est animæ, corporis, vite, bonorumque nostrorum Dominus. Unicam tantummodo voluntatem nobis liberam relinquere voluit: sed cum hæc ipsa libertas a Deo proficiscatur, Deum ejusdem Dominum esse opus est. Licet in actionibus suis a nemine pendeat, subjecta tamen fit in principio suo; licet Domini jugum possit excutere, illi tamen debet esse submissa: integrum est illi obtemperare, vel secus, sed imperium detrectare citra scelus non potest. Potestas, quam divinitus obtinuit egrediendi ex iis finibus, quos illi præscripsit Deus, exercere debet, ut sese eidem sponte submitteat; & hæc libertas, quæ a legitimo Rege nostro deducere possumus, hoc unum fecit, quod servitutum in obedientiam immutat. Nisi enim nosmet subdicere voluerimus legibus, quæ pro subditis rogata fuerunt; illis erimus obnoxii, quæ sunt rebellibus irrogata; si ex Dei dominio in hac vita dilabimur, ad illud in altera redibimus, nihilque nostræ libertatis reliquum erit, nisi murmur, & querela voluntatis rebellis cætenis vincitæ, & quodammodo obrute pondere illius servituti, cui subesse noluerit. Ugitro in nosmet subiciamus legitime huic potestati, antequam cogamur &c. Esais des Pasteurs tom. 1. sermone pro die Purificationis.

Hæc renitentia inutilis est; quodcumque enim conetur homo, Deus semper dominus est; doleat, murmuret, frendat, quod decrevit Dominus, certissime fiet. Marmurantem contra mandata Dei Sanctus Chryostomus Oceani tempestatibus comparat: Estuotum hoc elementum spe in Cælum mirari videtur, & ab imis sedibus egredi, ita ut omnia late prostratorum videatur; sed nequicquam ventis vehementioribus videri ferentibus mare conatur: huc usque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Job 38. Ad Creatoris, Domini que Imperium sanctus coercere tenetur, atque parere. Hoc ipsum deus, atque indignationem in ipsum Deum ferre velle videntur omnes eorum conatus in irritum cedentes: huc usque venies, Oportet semper, ut Dei voluntas fiat, & nostra mandatis illius sese submittat. Esais des sermons pour la Carême. Sermone pro Dominica quarta.

Nos pudeat re debere, quod divina voluntati sumus parati subici.

Iustum est divinæ potestatis voluntati.

Praxis conformitas voluntatis.

Quamquam hæc praxis facilis sit, summopere utilis, & accepta Deo; dici postet occasionem conformitatis hujus divinæ voluntati exercenda perorato adesse, ac proprie in adversis inveniri; verumtamen e contra nobilem, præstantemque hanc virtutem omnium esse temporum, omniumque locorum affirmo. Quamvis enim magnæ calamitates quotidie non accidant, neque in omnibus conditionibus accidere soleant, possumus tamen nosmet quotidie offerre Deo, ac paratos esse ad recipienda quæcumque mala de manu Dei, ubi ea nobis voluerit immittere. Si tibi auferre vellet Deus filium hunc, quem unice diligis; si domus tua, ubi ea nobis victus eo abitas judicio, in quo de omni bonorum tuorum summa agitur; si vir ille, in quo spem omnem, & omne præsidium tuum collocasti, inopina morte tibi eriperetur; si domus tua, omnisque suppellex subita correpta flamma conflagraret, magna quidem spiritus constantia indigeres, ut istus adeo graves æquo animo ferres. Dei voluntatem hæc in te nondum nobis. Sed illam præverte; ultroneum tibi subijce, non si solum, quæ facere decrevit, sed iis etiam, quæ facere posses: tu certe præstantissimis meritis non carebis. Dic illi, ut olim Sanctus Rex David: Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. Sin autem ad aliquid peculiari descendere cupis, ac tibi resignationis hujus quotidianam exercitacionem engeres, singulis diebus diluculo ea omnia perpende, quæ eadem die tibi molestissima accidere possent. Finge venire posse, ut hæc die malam aliquid tibi nuncietur; fortasse antequam advesperascat, te indigni contumelia affectum iri; fortasse illum, quem præ ceteris adamas, invida morte a te iri divulsurum: tu ipse nefcius, utrum habito, tragicoque sine tibi fit obsequium. Omnibus fidei malis tuam voluntatem submitte, si hæc Deo permittere placuerit. Ita Deo sacrificium offeres ego rei, quæ non accipiet, sed nihil minus sacrificium erit Deo acceptum, atque jucundum; tuisque ille meritis adscribet, quod præsto fueris voluntati ipsius perficiendæ, & hoc illi satis erit fortasse, quin malum aliquid tibi ulterius immitat. Desumptum ex Patre de la Colombiere in sermone hujus argumenti.

Hæc veritas est, quam nemo unquam in dubium vocavit, creaturam iterum ita proprium est pendere a Deo, ut Dei propriam a nullo pendere. In hac Creaturæ submissione, & Creatoris imperio humilitas christiana, & vera cordis humani submissio fundatur; fieri enim minime potest, ut nosmet quidem agnoscamus a Deo pendentes, Deum vero pendente a nemine, quin nosmet humilemus, illius auctoritatem venerantes, & obedientiam illi protestantes, quæ proprie est nostræ voluntatis divinæ voluntati submissio. Verum nostræ ambitionis effectus est, ne neminem pati, qui nobis imperet, & a quo pendeamus. Hic humani spiritus character est, quem Evangelium nobis in Filio prodigo ostendit adæquæ a Patre bonorum suorum partem expetente. Quorum enim, amabo vos, insolens hæc petitio tendebat? nisi ut diceret Patri: a te ultra pendere nolo; pati nequeo, ut in tua sit possessate libertas mea. Hoc secreto dicimus Deo, quotiescumque de ejusdem imperii conquerimur, & ut olim Judæi, clamamus: Nolimus hunc regnare super nos. Quod invenitur Christiani, qui vite suæ regimen cum Deo partiri volent consentientes quidem, se ab eo deduci, sed illac, quæ ipsi volunt; ita ut si Deus per morbos, vel adversa illos ducere velit, ipsi e contra per bonam valetudinem, atque per prospera cupiant deduci? Sarazin in Adventu.

Quid faciendum est nobis, qui sub Crucis vexillo christianæ militiæ dedimus nomen, ut Jerosolymam cælestem acquirere, nisi quod strenui illi Crucis signati, ut Jerosolyma toto Cælo minus desiderabilis possessionem acquirerent? Duo hæc verba, Deus vult, magis illius exercitus anima erat, & gloriosissimi illius conatus causa. Hæc autem acu depicta in omnibus vexillis fulgebant, sed longe magis in singulorum cordibus erant descripta. Hæc toti strenuis Fideles adegerunt, ut patriæ commodis, voluntatibusque neglectis in longinquas plagas devehentur per sexcenta terræ marique pericula: cumque ubes essent oppugnandæ, manus conferendæ, vel difficile opus aliquod periculosa plenum alex aggrediendum, satis erat eadem verba proferre: Deus vult. Tunc Duces, Hicary Bibl. Tom. 1.

militæque magis quam humana virtute excitati velut heroes decertabant, certi sibi ut vincendum esse, aut moriendum, æque ad utrumque parati, nihilque nisi Dei voluntatem spectantes. Pater Dozenne.

Salvator ab omni profus natura destitutus, præterquam a quibusdam discipulis, qui ad modicum adhuc tempus fideles erant permanuri, horribili percussus imagine supplicii, in quo turpitudine cum lævitia certabant, sibi quamprimum subeundi, colestem Patrem orat, & ex eo petit, ut si fieri posset, cruciatus eos, qui sibi obversabantur animo, averteret. Votum autem, quod ob impendendum jam tormentorum intuitum adeo videbatur æquum; Votum adhuc æquius propter vindexantis integritatem innocentiam; Votum, cujus moderatio ex iis etiam innotebat verbis, quibus conceptum est; eodem nihilominus temporis momento integra submissione divinæ voluntati corrigitur. Fiat voluntas tua, ait ille Patri: at quæ voluntas? quam severa, ne sciam dicam, futura esset, satis ipsi erat compertum. Videbat, se in irritatæ justitiæ manus traditum, lenitatem omnino suspensam intuebatur: at tamen, ut Filii obedientiam expleret, propriæ calamitati subscripti, atque inter acerrimos dolores unicum hoc illi solatium fuit, oculos in eam manum, a qua ita afflictebatur, intendere. Idem.

Verum esto; si Divina voluntati vosmet conformare detrectantes in ægritudinibus, & adversis, eorum cursum inhibere, vel vim moderari liceret. At non ita: velis, nosis, Dei voluntas, quæ tibi hæc immisit mala, nihil seculis explebitur. Hæc immota rupes est, quam ad te nunquam pertrahes, quoscumque conatus exeras. Non petit Deus consensum tuum; ut mali tui cursum vel frænet, vel persequatur, sed tibi cedat in salutem. Itaque impatientia, ac renitentia tua non aliud præstant, nisi quod passionis tuæ tibi meritum auferunt, teque nocentem coram Deo faciunt. Auct. Anonymus.

Docet Apostolus, in hoc positam esse sapientiam, ut per eam intelligentiam, quam nobis impertit Deus, cognoscamus, quam sit voluntas ipsius: Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes; quænam sit voluntas Dei; ut, hæc explorata, & comperta, juxta eandem actiones nostras intituamus. Hinc autem patet illud discernim, quod inter divinam, humanamque sapientiam intercedit; discernim in hoc positura; quod humana sapientia, quæ in illis reperitur, qui in Mundo sapientes nuncupantur, seipsam, suaque lumina sequitur; divina autem sapientia, quæ in iis requiritur omnibus, qui vere sunt JESU CHRISTI discipuli, illud sequitur lumen, quod dat illis Deus. Consulit Deum, ubi aliquid faciendum sit, legibus illius parat; neque expetit aliud, nisi ut Deo obsequatur, & placeat. Nostrum est explorare, utrum hæc sapientia regamur, & nobis curæ sit Dei voluntatem inquirere, ut eam secuti vere sapientes sumus; non desunt enim qui eam non cognoscunt, immo neque cognoscere cupiunt, ne eidem adherere cogantur. Hic ille status est, de quo loquitur David: Noluit intelligere, ut bene ageret. Psalm. 35. Noluit exploratum habere, quid ex se peteret Deus, ne bonum agnoscens illud exercere teneretur. Liber, qui titulus, Instr. Chretienne Instr. pro 20. Domini. post Pentec.

Non desunt, qui Dei voluntatem se agnoscere velle testentur; verum cum hæc ipsi aperitur, si quod dicitur, eis non aridet, opponunt, nisi palem, saltem clanculum, ac intra se; & illi, a quibus erudiuntur, apud ipsos suspicione non vacant. Status hic periculosus est: quid enim prodest consulere Medicum, si illi obtemperare detrectas? quid poscere pharmaca, quæ epotare non vis? Alii vero querunt quænam sit Dei voluntas, & humiliter etiam lumen, atque monita sibi tradita excipiunt; sed hæc ipsi nimis ardua videntur, ac se nimis infirmos esse dicunt, ut sequantur, saltem eo modo, quo debent, id, quod ex ipsis expetit Deus. Hi vero, cum fateantur sibi a Deo primam gratiam fuisse collatam, lumen videlicet, & membris docilitatem, summa cura debent additi, ut & alteram precibus consequantur, vim nempe agendi, & exsequendi, quod Deus ab illis se cupere significavit. Idem.

Salvatoris regnantis in mortali agonia.

Vera sapientia & cognoscere, & facere voluntatem Dei.

LII Non-

Nolle cupis, Sanctus Augustinus ait, utrum cor rectum habeas? Tunc habes, cum in bono, quod facis, Deus tibi placet, & in malo, quod patieris, Deus tibi non displicet. *Qui sunt recti corde?* alibi inquit, *Qui voluntatem suam ad Dei voluntatem dirigit, non voluntatem Dei ad suam curvare conatur.* Nonnumquam voluntas Dei est, ut incolumis valeas, nonnumquam vero, ut morbo labores. Si cum vales, Dei voluntas tibi accidit perijucunda, & cum aegrotas, ea tibi amara videtur, cor rectum non est, & voluntas tua non est divina conformis. Cur? quia voluntatem tuam ad divinam voluntatis normam minime inistis; sed Dei voluntatem, quae recta est, detorque cupis ad tuam. Tua tibi corrigenda est, & Divina conformanda: tunc autem cor rectum habebis. *Auctor Anonymus.*

Nihil melius exprimit verum caracterem conformitatis voluntati divinae, quam suimetipsius abnegatio, quandoquidem ista complectitur omnes varias dispositiones, quae in ea requiruntur. Anima in hoc statu posita dicit Deo: *Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meae.* Psalm. 30. O Deus, memet tibi penitus trado, ut rebus in omnibus pendam a te, & me sanctae voluntati tuae profus conformem. Me ipsum in manibus tuis statuo, ibique esse volo: *sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum,* inquit Propheta Psalm. 122. Non video, non cupiam, non faciam, nisi quod me vis facere, cupere, videre; namque in iis omnibus, quae video, quae cupio, quae facio, non aliud inquiri, nisi ut faciam voluntatem tuam. *Idem.*

Ut intelligamus, quomodo voluntas nostra divina sit conformanda, tres tantum considerande sunt circumstantiae, quas in oratione, quam Dominus noster in horto effudit, deprehendimus: *Non quod ego volo: Marc. 14. Non sicut ego volo: Matth. 26. Non mea voluntas, sed tua fiat: Luc. 22.* Haec verba tria praestantissima continent documenta, ostendunt quippe voluntatem Dei finem esse omnis voluntatis, eiusdem normam esse, ac in eadem dominari omnino debere. Itaque in iis omnibus, quae tibi voluntas nostra proponit, ad Dei voluntatem, tamquam finem suum tendere debet; in iis, quae facit, eidem sese tamquam regulam debet conformare; denique in iis omnibus, quae accidunt, divino ejusdem imperio sese submittere debet. Et in iis, quae a nobis petit Deus, & in iis, quae ab eodem petimus eo modo, quo ipse vult, velle tandem debemus, quia ille vult. *Idem.*

Si ita affecti fuerimus, Dei voluntas nos summa cumulabit levitia in consolationibus interioribus; in ariditatibus, rediis, & distractionibus nos tuebitur; nostros inhibebit quosvis, sibi nobis adversa conrigerint: in dubietatibus, & incertitudinibus nos confirmabit; dissipabit timores nostros, & ut omnia verbo complectar, non in solida, immotaque petra constituet, ubi nihil nos concutere poterit. Omnis licet infernus seviat contra eam animam, quae id unum vult, quod vult Deus, frustra illi interitum minuitur; Deus enim pro eadem in hoc certamine fiat, quia illa Dei est, & vitam vivit profus divinam: *Sic affecti, despicari est.* S. Bernardus Tract. de diligendo Deo capit. decimo, inquit. *Idem.*

Hic autem vos monitos volo, cavendum esse, ne velimus, quod Deus vult, hac una de causa, quod ille vult, quod nos volumus, & eo modo, quo volumus. Licet voluntas ipsius nostris studiis, consiliis, cupiditatibus adversaretur, illi tamen nosmet

Ratio voluntatis nostrae cum Divina conformanda.

Nos debemus velle quod vult Deus, velle quod vult quod nos volumus.

submittere oporteret, tunc etiam cum studia nostra bona essent, sancta consilia, & perfecta in seipsis desideria; nam anima, quae Deum unice diligit, non aliud velle debet, nisi Dei vel voluntatem explere. *Idem.*

Nonne aequum est, Domine, ut, si, postquam calicem epotasti, omnemque illius amaritudinem ebibisti, in imo aliquid subsederit, nobis praclare actum exillimemus, si post te illud exhaurire liceat, ac tecum dicere: *Si possibile est, transcat a me Calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu: Matth. 26.* vel cum Propheta Psalm. 115. *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo?* Hoc autem munere perfungimur, cum in eorum malorum varietate, quae, ut nobis accidant, permittit, in sanguineorum obitu, in morbis, iacturis bonorum, omnes hos casus respicimus, tamquam a te protectos, eoique de tua manu recipimus, cum resignatione perfecta, profundaque tranquillitate: *Abbas Trappensis in moralibus considerationibus in Evangelium S. Matthei.*

Nihil majus nobis solamen, tranquilloremque pacem afferre potest, quam si nosmet Providentiae, ac divinae Voluntati tradamus, omnes illius dispositiones amemus, neque aliam laetitiam, aliudve solatium agnoscamus, quam divinae, supremaeque hujus voluntatis imperio obtemperare; tunc enim quidquid praevidere possumus eventurum, constantiam nostram minime laesat. Intrepidus omnes fortunae calamitates respicimus, & nosmet confirmamus contra timorem earum rerum, quae nos istuc accidere possunt, quantumvis durae sint, atque acerbae, parati ad recipiendum etiam cum gratiarum actione, quidquid a Dei manu nobis advenit, & cum pace profunda, quidquid amaritudinis ibi invenitur. Ad id autem nos scire sufficit, bona esse, ac mala inde proficisci, ut cum Sapiente dicere valeamus: *Non contrivabit iustum quidquid acciderit ei.* Prov. 12. *Idem.*

Cum eorum iacturam faciamus, cum quibus nobis jucundissima erat necessitudo, eventum hunc oculis fidei intueri debemus, Dei providentiam in perfecta submissione adorantes, Ipse absolute disponit de omnium hominum fato, & quemadmodum illis non consulit vitam elargiens, ita inconsultus eam eripit vitam. Ipse absolutus est Dominus, & quodcumque faciat, iure nullo de illo conquiri possumus. *Idem Tomo 1. de Jesu Maxime Chretienens.*

Vera pacis, atque tranquillitatis tuende ratio est, omnia vota nostra in Dei manu statuere, efficere, ut voluntas nostra divina cedat, ac paratos esse, ut ab optimis consiliis recedamus, ubi invitatus aliquis obex occurrat, & difficultates, quas in illis nanciscimur, liquido ostendat, illa a Deo minime probari. Profecto omnes sollicitudines, quibus in hoc mundo torquemur, inde solum proficiscuntur, quod Divini imperii submissi non sumus, & quod nosmet divinae Providentiae non tradimus. Admittitur, ut ita dicam, contra Providentiae dispositiones, illi resistimus, ejusque consiliis, quin ne intelligamus quidem, adversamur. Ita cum in statu violento versemur, sine requie in jugi motu, & perturbatione vitam traducimus, Centrum nostrum est cordis nostri Divino conformitatis: eaque unica ratio est, propter quam procellis, ac tempestatibus animus noster non agitur. Deus Rex est pacis: opus est, pacem ubique reperiri, ubi ille regnat, & non nisi tumultus, ac divisio esse potest, ubi ipse non dominatur. *Idem.*

Suave est tradere voluntati.

CONSCIENCIA

BONA, ET MALA.

CONSCIENCIA ERRONEA.

Mala Conscientia tormentum, bona pax, & tranquillitas.

MONITUM.

Cum hoc in titulo de nocua, innocuaque Conscientia, de pace, atque tranquillitate, quae bone adhaeret, deque cruciatibus, quos mala parit, mihi loquendum sit; illud primum attendendum censui, ne ea, quae ad noxiam pertinent Conscientiam cum mentis caecitate, & cordis induratione, quae inde proficiscuntur, confunderentur: quamquam tria haec argumenta, de quibus subtiliter titulis locuti sumus, quodam quasi vinculo inter se continentur, ita ut de quovis singulari ea dici possint, quae de aliis dicuntur. Hic autem circa varias Conscientiae species versabitur; erroneae, quam sibi quisque fingit falsa principia supponens, istique mordicus inherens; illius, cuius error minus est liber; Conscientiae deceptae; Scrupuloae: penitus ferme extinctae; & circa tumultus, & cruciatus male conscientiae, non tranquillitatem, qua viri boni fruuntur, quibus nullum scelus sua exprobrat conscientia.

Cum argumentum hoc angustiis sane finibus contineatur, facere minime potui quominus eandem sepe tandem incidere; quippe auctores, ex quibus ista collegi, in iisdem fere sententiis conveniunt. Illorum vero, quibus hujus metis collectaneis uti placuerit, intererit ea, quae argumento sibi proposito erunt inutilia, decerpere: praesertim vero multa nanciscuntur ad ostendendum miserimum vocis conscientiae statum, quae in hac vita maturato inferni supplicii torquetur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti Systemata.

Vulgatum argumentum, quod de conscientia generatim pertractetur, est erronea conscientia, argumentum procul dubio utilissimum, & maxime necessarium, & quod in partes duas dividi potest. Prima nihil tam commune, & nihilominus tam male fundamentum, quam erronea conscientia; altera nihil magis necessarium, & nihilominus nihil infrequenter, ac difficilissimum, quam erroneae conscientiae mederi.

Pars prior. Non agimus hoc in loco de peccatis illis, quae facile agnoscuntur, & quae illico horrorem cient; veluti manifesta, gravissimaque injustitia, turpissima libidines, insignes ultiones, terrerim proditioes, atroces calumniae, aliaque id genus, quibus difficile est, ut acquiescat conscientia: quae potius penitus extincta dicenda est, cum hujusmodi scelera non horremus, eaque sine ullo conscientiae stimulo perpetramus. Verumtamen non desunt alia longe plurima, ubi difficile non est erroneam sibi conscientiam efficere: exempli gratia nonne viri nobiles honori sibi vertunt acceptam injuriam repellere, & inimicorum cruorem effundere? Contra Evangelii praeceptum conscientiam nobis conformamus hanc praetextentes causam, quod in mortalium luce sine honore versari non possumus, inutilis formalitates, & more, quae efficiunt, ut iudicio certantes sumptibus conscientiamur? Hae omnia licere fallaci conscientia putamus. In negotiis quot versatur? credimus in alios acceptum detrimentum posse converti. In Ecclesiasticis quot palliat simoniae? in mundi amatoribus, quae licentia, luxus, profusio? Nihil hoc vulgati: attamen nihil hoc pejus fundamentum. Haec autem praedicta, & fallaces sententiae, ex quibus conscientia fallax oboritur, his praesertim rationibus inaniuntur.

Primum quidem commentitiae necessitati, putamus enim aliter fieri non posse. Ita sexcenti minime servant jejunia, ac impune Quadragesimam violant ob leviulcula incommoda, ac necessitatem adesse putant, ubi ne umbra quietem necessitatis adest, ideoque sibi conscientiae quietem conciliant. Similiter credunt generis sui dignitatem, & gradum luxu, immodicisque sumptibus esse tuendum &c. Secundo consuetudini insistent, quasi licentiam, quam sibi arrogat Mundus, contra Dei Leges praescriptionem facere possit. Ita consuetudo probare

videtur, morem hunc vestium immodestiarum, turpes haec nuditates, necessitudines has nimis teneras, ubi credunt se facere, quod alii faciunt, & in hac re libidini suae conscientiam conformant. 3. Bonorum virorum exemplo, & sententiae, quae cum nostra congruere existimatur, adherent; consulunt Doctores, ut eorum auctoritate seipos confirmant, sed rem dissimulant, & circumstantias imitantur &c.

Pars altera. Nihil difficilissimum, & nihilominus nihil magis necessarium est, quam fallacem conscientiam reformare, illam ab errore evocare, ac demum fallacia praedicta, quae animo inhaerent, convellere. Necessitas quidem rei veritatem agnoscendi satis per se patet; in hoc enim salus nostra versatur, & haec fallax conscientia, cum per se culpa minime vacet, excusare nequit peccata, quorum est causa, neque nos coram Deo tueri; verum in hoc insistendum est, ut difficultas tanto huic malo remedium afferendum innotescat. Haec autem difficultas triplici ex capite sumitur. 1. Ex habitu, qui per peccatum contrahitur, namque cum nobis persuadeamus aliquid licitum esse, quod etiam utile, ac jucundum videtur, hoc saepe facimus; deinde vero omnia ea difficultas, qua pravus quilibet habitus infringitur, in hoc etiam infringendo invenitur: immo maiori adhuc cum labore vincitur; quippe corrigendus est error, & illuso, in qua dicitur versari sumus, & quem abjicere minime vellemus; & corrigendus est etiam amor ille, quo quaedam vitia prosequimur, ubi illis improbum secuti duces nosmet tradidimus.

2. Ex quadam insensibilitate, in quam labimur, quae efficit, ut nullum conscientiae stimulum sentientes in rebus, a quibus peccatum abesse putamus, fere neque intelligimus quidem nobis ex eo statu esse emergendum; nihil nos urget; errorem omnem procul abiecit videmus; vel si illum adhuc agnoscimus, non movemur. 3. Ex positiva pertinacia, qua mordicus sententiam nostram tueri gloriamur, eamque ita insipienter probare contendimus, ut de errore in caecitatem prorruamus; deinde vero de abyssi in abyssi: unde nemo sese recipere potest, nisi summa Dei misericordia, quod rarissime accidit, nos inde divellat. Hinc inferendum est, nihil nobis adeo pertimescendum esse, quam nobismet fallacem conscientiam effingere; nihilque nobis diligentius cavendum, propter gravissimum salutis aeternae periculum, cui sumus